

rem Prouincialem] possunt ratione cōmuni-
 cationis priuilegiatorum totidem Altaria pri-
 uilegiata pro Animabus à Purgatorio liberā-
 dis designare in suis Prouinciis, & Custo-
 diis prout doctissimi viri consulti respon-
 derunt. Et confirmatur responsio, primo
 per ea quæ Adrianus. 6. in Bulla omnimo-
 dæ potestatis concessit, dicens. Et quia ut
 accepimus per præfatos prædecessores no-
 stros Romanos Pontifices aliqua indulta cō-
 cessa fuerunt fratribus existentibus, eunti-
 bus, aut ire procuratibus in dictis, & ad dic-
 tas Indiarum partes: nos omnia illa confir-
 mando, ac quatenus opus esset, denouo cōce-
 dendo, volumus, ut præfati Prælati Fratrum
 pro tēpore existentes, [& quibus ipsi de suis
 Fratribus duxerint concedendum] omnibus
 prædictis indultis, in genere, aut in specie
 hætenus concessis: & in posterum concedē-
 dis uti, potiri, & gaudere, liberè, & licitè pos-
 sint, & valeant: habentes omnia pro sufficiē-
 ter expressis, tamq̃; si de verbo ad verbum
 insererentur. Non obstantibus. &c. Ecce
 qualiter Summus Pontifex cōcedit Superio-
 ribus Ordinum Medicantium, & quibus ip-
 si duxerint cōmittendum: ut possint gaudere